veniens ad cōuersionē z afferens ad dñm de regione dissimilitudinis cōscientiā mlt̄is oneratā peccatis. quid aliud dignus ē audire a dño nisi illis apl̄i. Tu sta illic aut certe sede sub scabello pedum meoꝝ. Nec tamen vilipēdenda est statio illa vel sessio vbi peccatrix illa pissima veniam obtinuit peccatoꝝ. Sedenti itaq; ad pedes dom̄i Jesu z recogitanti oēs annos suos in amaritudine anime sue apponit̄ a dño panis. nō quidē subtilis z candidus. sed asper et hispidus sicut ordeū asperū z hispidū est. Panis iste afflictio pn̄ie est. ordeum vnde conficit̄ panis hic est cōtritio vera. confessio pura. intensa voluntas penitēdi. z dei in cinere ac cilicio satisfaciendi. Panis hic colligit̄ ex cōsideratōe peccatoꝝ. cōspergitur timore iudicis viuoꝝ atq; mortuoꝝ coquit̄ metu gehēnalium tormentoꝝ. ¶ Panis sic collectus z sic cōfectus ad pedes dn̄i comestus generat satietatē. p sciētie videlicet purgatōez. Magna quippe satietas et sufficiens refectio in nomē cōuerso q vicz nō mordet̄ mala p sciētia de p̄teritis. nec aspe repellit̄ p malā volūtatē habitam de futuris. ¶ Hic panis nō incōuenienter dici pōt laicus eo q multis etiā in seculo positis ad manū est. Ordeaceus etiā dici pōt. quia fuoꝝ nō filioꝝ cibus ordeū est. z incipientes nōdum acceperūt spm̄ adoptōnis sed spm̄ habent interim fruitutis in timore sicut exiꝑoꝝ voce p ꝓphām dr. sicut oculi fuoꝝ in manibus dn̄oꝝ suoꝝ. ita oculi nr̄i ad dn̄m deū nr̄m. Atvbi p cessu tpis is q ei⁹modi est iā cepit respirare z aspirare in libertatē glie filioꝝ dei z timore depositoiaz adeptus fuerit spem venie ꝓpter bonā voluntatē suā puto q iā dignus habebit̄ qui a dño dicat̄. Fili surge z sta sup pedes tuos Et it̄. accede huc vt tangā te fili mi. Accede p bonā volūtatē vt tangā te p deuotōis infusionē. Stabit igit̄ ad mēsam magnaz vt videat faciez dn̄i in iubilo. vt comedat panem coꝝ dño. panē vtiq; sanctū. panez mōm. panē colonis cādidi saporis eximij. panem ex similа suauitatis p̄fectuz z igne diuini amoris coctū panis iste filioꝝ ē sue amicoꝝ qui tā fide liē q̄ fiducialiē clamare pōt ad dn̄m. P̄r nr̄ q es in ce. pa. nostrū quo. da no. bo. ¶ Panis ē sancta deuotio. panis oīs suauitas siue cōsolatio spūs. z super oēm panem panis gr̄e lachrimaꝝ. Hic panis aiam esurientē replet bonis z infundit nobis memoriā abūdantie suauitatis. Qui panis recte pōt dici sctūs ꝓpter virtutum exercitia z cādidus ꝓpter lucis spa. z tam mōs vt nulli eū edere liceat nisi sacerdotibus. sacerdos dr q̄si sacra dās vel sacrificia p populo offerēs. Qui ergo tal̄ nō fuerit qui p vite merito sacrificia oīonū digne p ppl̄o īmolet tā sancte mēse xp̄i ptic̄ipare nō habet. ¶ Et nota q sicut ē panis pane suauior z cibus cibo melior. ita ē z status statu felicior. qz is q paulo ante sedebat ad pedes ibu p spm̄ timoris z mādūcabat in gemitu suo panē doloris. iā nūc p spm̄ pietatis surgit. p spm̄ scie ꝓficit. p spm̄ fortitudinis ascēdit. p spm̄ cōsilij accedit. p spm̄ intelligētie diligentius intuet̄ z p̄sidet. qd mēsa p̄fāmilias dulcedis cōtineat. spūs nāq; pietatis efficit eū deuotū. spūs sciētie discretū. spūs fortitudinis ad sua aduersa validū. spūs p filij ad aduersa aliena caritatiuū. spūs intelligētie ad diuina speculatiuū vt videre iā incipiat q̄ sit volūtas dn̄i bene placens z ꝓfecta z exultet in misc̄ōia diuia ¶ Et ita quidē se hz status ꝓficiētiū z processus de vtute in vtutē eūtiū. Tu q̄z bone ibu pasti in dulcedine tua ita inq̄ pasti cibū illoꝝ z p varietate ꝓfectuū sapore diuersificas internaꝝ suauitatū. Que aūt est ꝑpatio cibi ꝓfectoꝝ. ¶ Manna est z de celo venit. māna est ab scōditū qđ nemo nouit nisi q̄ gustauit. cibus ē sicut incōpabilis ita z ineffabil̄. z solus spūs sapie nūi strabit illū. Ceteri cibi de terra oriunt̄ orti colliguntur. collecti ꝓterunt̄. triti cōficiunt̄ cōfecti coquūtur. z sic demū comestibiles efficiunt̄. Oīa hec studij z laboris humani sunt z singulis vtutibus assignari pōt. Mā de corde puro q̄si de ētra bōa p affectū oriūt̄. p appetitū colligūt̄. p discretōz ꝓterūt̄ p approbatōz ꝓficiūt̄ p amorē coquūtur z tūc demū abiles ē inchoāt̄ vt frequēntia suauitatis coꝝ afficiāt. Sola autem cōtemplationis puritas q̄si māna de celo venit atq; in momento z in ictu oculi mirabiliter afficit z ineffabil̄r iebriat aiaz fidelē. eā dūtaxat q̄ diḡ erit ita visitari ab altissimo z xti tā suaui cibo. De bis refectōib⁹ in cāt.

cõñ. scriptũ ẽ. Comedite amici ⁊ bibite ⁊ inebriami kmi. Incipiẽtes ⁊ ꝓficiẽtes amici vocanẽ ⁊ comedere ac bibere monẽt. hoc ẽ cũ labore ⁊ frequẽti studio vtentes in vẽtre aĩe cõgerere. Perfecti aũt kmi nolanẽ vtpote in suplatiuo gradu cã ꝓstituti/q̃ inebriari exhortanẽ ꝓtemplatõis viez dulcedine a sensibus corporeis in sursum ducẽtis spũs alienari. Sicut ei ebrietas mẽtem euertit ⁊ penitus sui ĩmemorẽ reddit. ita ꝓtẽplatio nis impetus aĩaz quã sublenat ab oñi sensu corporeo rapit ⁊ q̃si in oblionẽ sui funditus abducit. Tũ caccẽdit ⁊ inflãmat ardore mirifico. ⁊ sopitis vndiq̃ carnalium voluptatũ illecebris. extinctis oĩm mũdaliũ cupiditatũ fallacijs. remot̃ a memoria corporeaz fit̃itudinũ fantasijs ⁊ cogitationũ ꝓmuniũ impedimẽtis tota ferẽ in ãplexus vbi ad oscula spõsi ad ꝓmiũ xpi. ibi gustat ⁊ videt q̃ suauis ẽ dñs. q̃ mag̃ multitudo dulcedis ei⁹. ibi reꝙescit a turbine ⁊ a pluuia. ibi sedet in spõsi vmbra. ibi mãducat illud dulcissimũ diuine suauitatis mãna. Jaq̃ audire dig̃ erit a dño. Veni spõsa mea colũba mea ꝓxia mea. Ad qđ? Ut vinceri dem sedere mecũ vt vicẽti dem mãna absc̃ditũ. vt vincẽti dem edẽ de ligno vite qđ ẽ in paradiso dei mei. Hõ iaz sedebã sub mẽsa cũ fuis. nõ stabis ad mẽsaz cũ filijs. sz sedebis ad mẽsam cũ ꝓfamilias. vt de bonis dñi gaudeas ⁊ comedas cũ illũ quẽ ignorabas. tu ꝛoẽs ꝓres tui. dulcez ꝓ oñi fructu frumẽtis vini ⁊ olei. ¶ Tal̃ ꝓfecto aĩa/cũ de penetrabilib⁹ spõsi ꝓcesserit plena caritate ⁊ dilectõe inebriata ⁊ se redierit. puto si interroget̃ xñ venerit aut quid audierit in secretario dilecti sui? q̃ ex memoria abũdãtie suauitatis illi⁹ qua refecta ẽ eructuãs ex sñia rñdebit. Introduxit me rex in cellã vinariã. ordinauit in me caritatẽ. Et iterꝝ. sub illi⁹ vmbra quã desideraueraẽ sedi ⁊ fructus ei⁹ dulcis gutturi meo

¶ Hec ẽ frẽs mei refectio aĩaꝝ sctãꝝ. hec pascua dñicaꝝ ouiũ. quã laborãtib⁹ atq̃ oneratis ad se venicẽtibus/dñs ꝓmittit dicens. Et ego reficiã vos. Acsi patẽter dicat ego parabo in ꝓspectu vr̃o mẽsam. ego vobis ꝓparabo refectõez ꝓ capacitate singulorꝝ differentẽ. Ego noui figmentũ vestrũ. ego noui ꝓfectũ vestrũ. ego noui quid singulis expediat. quid ꝙueniat vnicuiq̃s Si venerins ad me ⁊ mãseritis in fmone meo mẽsurã refectõis bonã vobis oĩm⁹ dabo. sed alijs refertam hoc est simpliciter repletam. ꝓficiẽtibus coagitatã. hoc est contusionibus ⁊ quibusdã cõpressionibus repletam. ꝓfectis supefluentez vel supcumulatãz. Quapropter nolite tardare nolite formidare. venite ad me ⁊ ego reficiam vos.

¶ Ego sum panis vite. ego aqua sapiẽtie. ego splẽdor lucis eterne. ego vitis vera ⁊ vinum cor hoĩs letificans. ego cynamomũ ⁊ balsamũ aromatisans. ego sum granuz oĩdei penitẽtibus. ego granum frumẽti ꝓficientibus. ego dulcedo mellis ꝓfectis. ego panis de celo veniẽs habẽs oĩe delectamẽtum ⁊ oẽm saporẽ suauitatis. Ego sũz lux mundi. lucifer dici ⁊ sol iusticie ego viola boni. ego flos campi ⁊ liliũ conuallium. Ego sum via veritas ⁊ vita. ego sum mirra electa. nard⁹ odorifera. oliua fructifera. Ego sum fons hortoꝝ puteus aquaꝝ viuentiũ ⁊ vena gr̃aꝝ. Ego sum venia peccatoꝝ. gr̃a iustoꝝ ⁊ gloria sanctoꝝ. Ego sum adiutor pauperꝝ ⁊ pater orphanoꝝ ⁊ iudex viduarum. Ego sum dñs seruoꝝ. pater filiorum ⁊ sponsus fidelium animaꝝ. Ego inuabo pusillanimes. refouebo flebiles. cõsolabor flentes. Quod perierat requirã. ⁊ quod abiectum fuerat reducã. ⁊ quod fractuz fuerat alligabo. quod infirmũ fuerat consolidabo ⁊ qđ pingue ⁊ forte custodiã. Venite ergo ad me ⁊ ego reficiaz vos. Omnib⁹ omnia fio. oẽs inuito. dimittere vos ieunos nolo. venite ad me ⁊ ego reficiam vos.

¶ Sequit̃ tollite iugũ meum sup vos. Duob⁹ modis possunt hec vba accipi. ex quoꝝ altero. diuia benignitas. ex altero sapiẽtia dei magnifice ꝓmedat̃. Sapiẽtie in hoc q̃ in cã breui clausula. oĩs recte viuẽdi norma est exꝑssa. Benignitas vo in hoc q̃ suuz iugum appellauit. ⁊ hoc nos trahere monuit. ¶ Quo mõ benignitas ei⁹ in hoc cõmẽdabilis appareat attẽde. Tollite inquit iugũ meũ sup vos. Deũ inquã. acsi dicat. Jugum quoddam imposui mihi. ⁊ ipm iugum ẽ charitas q̃ diligo vos. hoc ergo iugũ meũ tollite sup vos. i. diligite me q̃ ꝓ dilexi vos. Vide hõ si nõ infinita b eluceſcat benignitas dei. q̃ deus est ⁊ crea-

tor olim seculor. Jugum dilectōnis nō dignat trahere nobiscum nec sufficere sibi iudicauit vt eē inter nos z sup nos sue p̄sentia maiestatis/ nisi descēderet ad nos et esset in nobis tanq̄ vnus ex nobis. tuz per p̄sentiam susceptę humilitatis. tum p gratiam mutue dilectōis. ¶ Nūquid tāte ac tali benignitati ūmo (vt ita dicā) humilitati eius ingratꝰ esse poteris. Venerare filiā in salutatore tuo sacratissimā eius sublimitatē. z nō minꝰ admirare sincerissimā eius humilitatē. Reuerere in illo q̄ deꝰ nr̄ est z nihilominꝰ amplectere q̄ caro z frat noster est. Trahe iugū dilectōis cū eo qđ nō est aliud nisi vt cōtendas redamare euz qui amauit te. Contēde diligere certatim dilige curre q̄tuz potes/ p̄curre tā nō potes. qz ab eterno dilectus. z amplius dilectus tā adhuc minus diligis. Dilige tamē creatorē tuū. redemptorē tuū. dilectorē tuum q̄tuz potes z ex q̄to debes nam potes parum z debes multū. vel potius debes ex multo. i. ex toto corde tuo. ex tota aīa tua. z ex oībus viribus tuis. i. ex omni qđ scis z es z potes. Certe sumillies z millies tā es ses z scires z posses q̄tum es z scis z potes. ex hoc tota liē toto diligere teneteris eum. Et si etiā ex toto hoc diligeres quid es tu ad deum? Respō debo tibi inquit. Deinq̄ maior sit deus hoīe. Quis p̄or dedit illi z retribuet ei? Quis amplius dilexit eum vel quis saltem eque dilexit eum? Jp̄e nimirum nos p̄cedit diligendi inchoatiuoe sicut p̄cedit eternitate. ip̄e nos p̄cedit diligendi intēsione sicut p̄cellit maiestatis immensitate. Facergo o homo qđ potes. z si q̄tum debes nō potes. Diligit pbus euz p eo q̄ creatus ab illo est. Gratias agit ꝑmo q̄ voluerit euz potius eē aliquid q̄ nihil. scdo q̄ potius hoiem q̄ pecus. tertio q̄ virum magis q̄ femīā. quarto q̄ fatum potius q̄ idiotā. Vide tu (o xp̄iane) si nō multo amplius z excellētius gloriāduz tibi sit. Eteni te deus tuus creauit. ab errore paterni dilecti p baptismū te absoluit. fide sua z sacramētis te imbuit ex multis etiā periculis te eruit z absq̄ vllis tuis meritis ad sibi seruiēduz te vocauit. z multa te spiritus suauitate ditauit. Quid q̄ aū hec oīa mor te sua z tali morte te redemit q̄ p te cedi cō spui z crucifigi voluit. vincula z alapas verbera z spinas. sputa z blasphemias p te sustinuit. Quātuz putas in hoc ubi benignitatis exhibuit q̄tuz p̄ hoc a te amari p̄ meruit. O q̄ infelices q̄ infideles deteriores q̄ tantā ei benignitatem vilipenderint aut oblitioni tradiderint sue etiā p̄pse erint digni plane q̄ delegnē de libro viuentiū z cū iustis nō scribant. Ecce quo benignitatē dñi ibu. i. benignissimā dignatōez eius p̄ mēdabilē aspicimꝰ cuz ipe nobis dicit. Tollite iugū meum sup vos. ¶ Jam vo q̄tuz in vbis istis de sapiētia dei admiratōis capes si p̄funditatē ipor digne p̄spicere posses? Qui docet oēm hominez sciaz. qui cōdidit oēm sacrā scripturā q̄ventis pōdus posuit. qđ sine pōdere p̄ferre potuit? Videam? ergo quid sit. tollite iugum meū sup vos. Jugum xp̄i ipo nio vsu seruitiū dicimꝰ q̄ ipi sub sancte religionis habitu p̄fessi sumꝰ. p hoc ergo q̄ dicit tollite/ significare volnit. q̄ libera electōe z voluntaria deuotōe iugū ipm subeūdū sit. ¶ Tollere igit iugum xp̄i/ est nō coactos sed spōtaneos submitti eius colla summittere. Et si eīm sunt aliqui quos ad monasticā vitā cogat infirmitas. cōpellat paupt̄as. nō hic resideat animo. sed faciāt de necessitate virtutem mutādo intentōez. z tunc ipa necessitatis occasio nō nocebit. cū ad veritatis normam intētio directa fuerit. ¶ Dicit itaq̄. Tollite iugū meū sup vos. Ac si dicat. coram vobis q̄si positū est iugū meū. sed pones vos sit cōsiliū vestrū. si vultis tollite iugum meū sup vos. si vultis p̄ecn esse. vendite oīa q̄ habetis z date paupib⁹ z sequimini me. Monit deus fratres carissimi qz bonū est homi si portauerit iugum sed de tollendo eo/ p̄silium dat. nō p̄ceptū. ne nos impingere videaē in trāsgressiōis reatuz. Si eīm p̄ceptū daret/ oportet oēs boies obedire vl̄ p̄ inobediētia eternaliter pire. Sed quia cōsilium dedit/ quasi in nostra voluntate posuit. vtrum velimus iugum eius tollere sit per nos. Sed hoc indubitabile teneamus vt si semel nos iugo eius astrinxerimus iā ab illa die nō liceat nobis de monasterio egredi z collum excutere de subiugo regule. qđ anteq̄ tollamus/ tam licite q̄ libere possimus refutare. ꝑter qđ z beat⁹ B fidem o

leḡ flator noster/formā daturus tollēdi iugi/nō statim tollēte ī ipō initio voto astrīxit sub iugo pmanēdi. sed annū integrū p bationi simul indulget ꝛ deliberatōi. vt videlicet ꝓbet seipm hō si possit ꝛ deliberet. an velit ferre iugū dñi. Ac si discipulo suo verbis philosophicis dicat. Viu deliberandū qđ semel ē statuēdū. ac si statueris irrefragabile erit. ¶ Qz qđ sibi vult q iugus pori⁹q; chamū ꝛ frenū dñs tolli cōsuluit. Nō sine cā hoc factū ē reor qz occulti alicuius mysterij. Et si tu melius aliqđ in pmptu nō habueris/ego quid mihi videat exponā. Nō igit ad equū aut mulum q chamo regunt ꝛ freno. sed ad bouē fieri significatōez voluit cui specialiē competit applicari iugo. Per equū designant ambitiosi. p mulū luxuriosi. sicut scriptum ē. Nolite fieri sicut equus ꝛc. Nox aūt cōsideratō nō magis cōuenit ordini monastico q̄ equus ꝛ mulus iugo siue etiā holocausto ¶ Ad bouem ergo nr̄a vertat ꝓsideratio. qm̄ ad ipz facta videt ee significatio. Vade ait sapiēs o piger ad formicā ꝛ disce sapientiā. Potest ꝛ hic dicere saluator. Vade o secularis ad bouē ꝛ disce ab eo religiosaz ꝓuersatōz. In eius opationib⁹ ꝓpendere potes abrenūciationē cultus secularis. humilitatem cordis. ad p̄latos obedientiam. ad cōdiscipulos socialē vitā. Ibi notabis oz̄onis instantiā. ibi cōpassionis industriā. ibi lectionis studiū. ꝛ suffragia intercessionuz ꝛ his silia. Et audi qūo? ¶ Hoc animal videlicet bos. iugo submitti solet. Est etiaz aīal mūdū esui humano ꝓcessuz. ꝛ diuinis sacrificijs apū. Itaqz q̄ bos alligari sepatiē significat q̄ iugū dñi tollere ꝛ portare volentes. abnegare semetipos sibi ꝛ sub alienis ipenijs i monasterio degere debēt. Nō comib⁹ alligaē. designat hūiles nos ee ꝓ comunā nāqz superbia exp̄mit sicut scriptū est nolite extollere in altū cornu vr̄m. i. nolite superbiā vr̄am erigere ꝑa deū. Per cornu ergo alligari ē superbiam nr̄am sub vinculo amoris xp̄i restringere. Nō aūt in iugo cōbinant boues significat optere nos charitatem fraternitatis casto impēdere amore honore inuicē ꝓuenire. infirmantibus alienis ꝓ posse cōcurrere. Per hoc etiā q̄ bos ligat⁹ ruminat. admonēt claustrales. licet disciplineleg⁹ cōpaliē astricti. corde etiāmē ꝛ ore incessanē sacre scripture mysteria ruminare. Nō bos vngulā diuisam habet hoc ē q̄ affectus ad duo dirigi debet. Ungula pes bouis ē sicut scriptū ē. Planta pedis ꝛ plāta virtuti. Per pedes aūt (vt notissimū est) designant affect⁹ q̄si ergo vngulā diuidit qui gemino mouet affectu amore boni ꝛ odio mali. Uel certe vngulaz diuidit q̄ ꝓmoz nouit ꝛ ꝓsperitatib⁹ seu felicitatib⁹ ꝓximoz gratulari/ꝛ miserijs cōpati. q̄ scit intra aplm gaudere cū gaudētib⁹. flere cū flentibus. Nō bos arando glebas vrit. notat q̄ claustrales diuine scripture inuigilare debēt mysterijs sibi ad deuotionis ꝓfectum. ꝓximis ad eruditionis augmentū. Nō etiā currū trahit. apte denūciat quāte veneratōis sit qui ecclīam dei meritis ꝛ p̄cibus adiuuādo ꝓmouere p̄nt. Per currū nāqz eccl̄ia figurat sicut ps. ait. Currus dei decē milibus multipler. Currus ergo bos trahit. qm̄ p militāte eccl̄ia religiosus q̄s piam fideliter intercedit. Nō etiā mundū animal ē ꝛ vesci licitū. declarat imitatōe dignum eū qui iugū xp̄i pie portare studuerit. Bouē quippe comedere/ē exemplū religiosi fratris/acubus nr̄is imitādo q̄si incorpare. Bos etiā in sacrificio ꝛ holocausto dñi offerri solet. Sacrificiū dicit hostia cui⁹ portio aliqua in altari cremat. reliq̄ in vsus cedit offerēt⁹. Holocaustū vo ē que tota cremat in altari. Bouē igit nostr̄ in sacrificiū dño offerimus qñ ꝓponētes humiliare aīas nr̄as ꝛ affligere carnem ieiunijs. vigilijs. alijsq̄ scti opis exercitijs. accedēte mādato ꝓuis ꝛ aliud impante/verecūde ꝛ humiliē a ꝓposito nō desistimus Nēpe qđ nr̄am relinq̄mus intentōez ꝛ voluntatē frāgim⁹. hoc in dñi sacrificiū accēdimus. Nō aūt nr̄am cōmoditatē ꝛ voluntatē facimus. hoc q̄si in victimam nr̄m de sacrificio dñi refuamus. Cum vo ad dura ꝛ aspera nostreqz voluntati ꝓtius cōtraria ꝓ dei amore obedimus. quasi bouē nostrū in holocaustū dño offerimus q̄ nosmetipos a nostris voluntatibus occidimus. ꝛ sup altare boni opis igne diuini amoris cremamus. Ad certe sacrificiū ē bona nr̄a opatō ꝛ laudē nob coopans apud ꝓximū. ꝛ meritum collaudās apd deū. Holocaustū vo ē sus-

cere denotōis affectꝰ ceu pure ꝓtēplatōis ex cessus. cū mēs hūana spūssci feruore cōcepto vel effundit sup se vel rapit extra se et tūc ita vehemēter ardet ꝛ exestuat vt ei dicere ꝓueniat. Alia mea liq facta ē. Ūñ. Be igne sctō. igne mō. Et si vis scire deus nr ignis ē. Hec ꝛ his silia vt mihi videt frēs dilectissimi dñs inuere voluit cū dixit Tollite iu. meū. ¶ Sz cur addidit meū Utiqz discernē voluit suū ab his q̄ sua nō sūt. Diqdē ē iugū satꝰ hūani. iugū cordis pueri ꝛ ē iudei. seculi. diaboli. inferni ¶ Jugū satꝰ hūani/ē corruptio ꝛ mortalitas ꝛ mltiformis infirmitas/qbus omne hūanū genus subiacere dinoscit. ¶ Unde scriptū est. Graue iugū sup filios adam. ¶ Jugū cordis pueri/ē voluntas ꝓpria vel cōsuetudo prava qua rō nostra captiua tenet ꝛ sepissime ducit quo non vult. Be q̄ nisi filiꝰ nos liberauerit nūq̄ veri liberi erimus. de cuius nobis psona ꝓmittit. Ecce ego venio virūpe iugū captiuitatis vestre. ¶ Jugū iudei ē obseruātia legis ad lram. Be qua apl's petrꝰ dicit. Quid tēptatis īponere iugū sup ceruices discipulorꝝ. qđ neq̄ vos neq̄ pres vri portare potuerūt. ¶ Jugū seculi ē cupiditas. Ūñ stultꝰ rex legit dixisse ad pplm suū. Pater meꝰ aggrauauit iugū vrm ego addā iugo vro. Et si diceret Pater meꝰ cegit a vobis magnū questuz. ego multo maiorē. ¶ Jugū diaboli ē peccatum vel iniquitas. Be quo illud Esaie Jugū enī oneris eius ꝛ virgā humeri eiꝰ ꝛ sceptrū exactoris eius supasti. Exactor nr est diabolꝰ qui peccati numū quē in paradiso nobis obtulit cū vsura exigit. qz ad addendū peccato petīm semp inftigat. vt in fine nos ad iugū eterne damnatōis trahat Contra qđ oramus ꝓtem nrm qui in celis est vt gl'iosa filij sui nativitas libet quos sub peccati iugo vetusta tenuit tenet. Ut ita q̄ exactoris iugū ꝛ virgā ꝛ sceptrū apparens in carne dei filius supauit cuz seductionē afflictionē dñationez qua cruentus ille tyrānus nos tenebat ad nihilū mouendo redegit. ¶ Jugū inferni est eterna dānatio. qua fasciculi ad cōburendū colligabunt. vt illic cōiungant in pena qui equales extiterūt in culpa. Be hoc iugo pōt accipi qđ dñs dicit ꝓ Osee. Propēea imponēt eis iugū. qđ nō auferet. ¶ Sūt ꝛ alia q̄dq̄ iuga boū curiositates videlicet q̄dq̄ sensuum exteriorꝝ. q̄ iuga sibi quidā in euāgelio coemerat ꝛ vt excusatus haberet a nuptijs ea se ꝓbatū ire dicebat. ¶ Dicēs itaq̄ dñs. Tollite iugū meū sup vos nō ad aliqđ ꝓdictorꝝ nos inuitat. sed ad illud de q̄ signāter dicere meū debuit. ¶ Sed q̄ ē sup vos. hoc vbo admoneri nos arbitror vt donuz cōuersionis nos celitus accepisse cognoscamus. vel vt de accepto grās iugiter agam⁹ vel certe vt nos diuina ꝓcepta ad pfectuz nō posse implere sentiētes ad supne pietatꝰ viscera assidue suspirem⁹. ¶ Posuim⁹ ꝛ sane in ꝓpositis q̄tuor vbis/ pncipales q̄tuor virtutes approbatas intelligere. ꝛ q̄tuor ineptias siue abusiōes que inter claustrales plerūq̄z repiunt reprobatas accipe. Virtutes he sūt. Justicia fortitudo prudētia tpantia Justicie cōpetit qđ dicit: tollite qz vere dignū ꝛ iustū ē vt psulēti. acqescas ꝓcipiēti obedias ꝓditori. Ad fortitudinē ptinet qđ dicit. Jugū. qz ipo noie dat intelligi te fortē atq̄ cōstantē ee debere. Prudentie ē qđ addit meuz. qz nimiz oportet esse prudentē vt scias reprobare malū ꝛ eligere bonū ac salutare iugū. Tpantie congruit qđ subinfert sup vos. qz tpantis animi ē ad ꝓpetentē modū cūctos effectus restringere ꝛ ordinare. ¶ Abusiones vo he sunt. Cōtinuꝰ tepor. qz indiscretꝰ feruor. indebita occupatō ꝛ nimia formido. Topor ꝓrariꝰ ē iusticie. ꝛ reph̄endit in hꝰ vbo tollite. Nimiꝰ feruor extermiat fortitudinem ꝛ damnat in hoc vbo iugū. Indebita occupatio expellit prudētia. ꝛ dānat in hoc qđ dicit meuz. Porro nimia formido aduersat tpātie ꝛ exꝓmit in hoc qđ ānectit sup vos Singula si placet ordie ꝓsequmur. iuxta alteriꝰ loci pabolā ad vineā dñi sabaoth excolendā. alij ꝓmo mane. alij hora tertia. quidā sexta vel nona. nōnulli vndecima venient. Hoc vo ē q̄ ad iugū xpi. ad seruitiū dei. ad viuēdū religiose. ad militāduz sub regula vel abbate. quidā veniūt in puericia quidā in adolescētia. mlti i iuuenili seu virili etate. pleriq̄ ꝛ i vltima senectute. ¶ Fit vo nōnunq̄ vt is q̄ in puericia ad puersionē venit/frigescēte postmodū nouitij feruoris iguiculo/ tepat in tepore. ꝛ q̄ q̄dianoꝝ

mū in eremētis grām sibi apud deū ⁊ homines cōparari debuerat. vitu perium sibi magnū ꝓquirat. Qui oū solā innocētiā ꝓpendit/ad opa vtutū se virilit nō accingit Impatiēs ad ieiunia. ad vigilias somnolentus ad orādum tepidus. indevotus ad psallēduz aliqz rpi mūitib⁹ mundo. carni diabolo vsqz ad sanguinē resistētib⁹ ape sibi i oīb⁹ requiē qrit tā accidiosus qz ociosꝰ ⁊ secreta tacitaqz sibi cogitatōe diē. Quidnā ego lucre habeo? Ut qd ita rigide districte qz viuā sicut illi magni pdōres. raptores. iniusti adulteri. O cogitatōem stultissimā. qsi null⁹ teneat fruire deo/nisi irretitus crimiali petō. Certe scriptū ē. Diliges dñz deū tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota aia tua ⁊ ex oibus viribꝫ tuis. Ecce deū ita diligere inberis vt. s. nihil in te vacare permittas q deū nō diligas. Quo aūt tu diligis dñz dum tuū ex te toto/qñ quidē plus posses si velles qz facis? Bene quāto es innocentior tāto eē fruitio dei debes ardētior. vt vt in sanctitate ⁊ iusticia ab ipo custodiaris. vel vt custodite sanctitati vber⁹ regratier[Nō ppendis qz cū alij sibi dimidiāt dies suos vt qlēcūqz veniā obtineāt. tu tuos integras fruas. vt grām ⁊ gloriā tibi ampliorem acqras. Quid si intern⁹ arbiter ꝓpē hō tibi innocētiā tuā ꝓbuare voluit vt pōdere pctōz pgravatū fratrē tuū/collaborādo ⁊ onus ei⁹ tibi ptēdo iuuares. Nōne cū ꝓpē tuā desidiā impedit hec bona dei volūtas p increpatōez audire dign⁹ eris. Amē dico tibi qz publicani ⁊ meritrices pcedēt te in regno dei vel pot⁹ timēduz tibi est. ne illō tibi maledictōis elogiū infligat. Nūqz ex te fructus nascē ippetuū. Verba sunt ipsius dñi maledicētis sub noie fic⁹/aiaz hūanā folijs extrinsecaz obduatōnū plenā sed nullo interioris suauitatis fructu plenam. Tales nimiz erāt illi duo āgeli eccliaz q rū vni p iobem dicit. Scio opa tua qz nomē hēs de viuas ⁊ mortu⁹es. atqz alij. Ut tā frigid⁹ eēs aut calid⁹. Si frigid⁹ es: hūilior apparēs ⁊ eēt de te spes. Si calid⁹ esses caritate feruēs arderes in te atqz alios accēderes. Nūc aūt qz tepid⁹ es ⁊ nec frigidus nec calid⁹. i. qz nec hūilitate fulgēs nec charitate feruēs. putas te aliqd eē cū nihil sis. incipiā te euomere de ore meo. hoc ē de ecclia me laudātiū eijcere. Hec de ptinute tepētibus dicta sūt. Nūc pseqns ē vt de nimiū feruentib⁹ aliqꝫ dicam⁹. Sunt pleriqz feruore nouitio ducti vel potius astutia antiq hostis tracti/mox vt puersi fuerint/scitatis arcē arripe festināt ⁊ oīa sine pſilio sine ordie sine discretōe agētes effreni studio ferūt in ppeps. vigilāt pluri⁹ nein nāt ⁊ abstinēt ppē. ⁊ plus oīāt ⁊ laborāt qz cēteris monasterij regula vel maioz cohortētur exēpla. Si qꝫ eis de mō. si qꝫ de discretione suggesseris. deceptōes putāt. despiciūt. fugiūt velut nociua oīa arbitrantē vt stercora. adeo studiosa ⁊ odibili obstinatōe illudentē sibi sequūt diabolū. Et quod magis ē mirāduz cū ad ꝓplanda secreta celestia oīm sese studio devotōis erigāt ad ambulādū pacifici in ira caligāt. ⁊ qz oculꝰ ad sublimia leuatis/pedib⁹ nō ꝓspiciūt qi celo intēti/in ira offendat. Nulli nāqz magis qz hi vnanimitatē fratrꝫ p impatiēnā vitiāt p inobediētiā turbāt. p ꝓtumacia dissipant. ⁊ nihilomin⁹ insistūt indefessis oīonibus: introire in scta sctōꝝ ⁊ scissimū illō irrūpere dine puritat[arcanū. nec dum tū ipi fruare curāt vnitatē spūs i vinclo pacis ⁊ qui nō recte pulsant. fit iusto dei iudicio vt ſ introeāt. Scriptū qppe ē. Hēditas ad quā festinat ī ꝓncipio/ i fine bñdictōe carebit. deniqz p hiere. ō moab ōt. qz pi⁹ fecit qz potuit/idcirco pierūt. Si ei vires suas metirēt scirēt ꝓfecto qz paulatim lōgius iturꝰ Quia vo nolūt moderari qō faciūt. defigāte p⁹ modicū natura corpis fit vt aut a cepti turpiē desistāt aut si ñ destiterit ifirmitates ppetuas incurrāt. fiatqz oīb⁹ coz onerosa infirmitas qb⁹ añ fuit molesta sānitas. qn tot hodieqz videm⁹ cuz carne inire amicicias cui antea gues iuler āt pugnas. appetē delicatas. qrē suauia. q vilia ⁊ grossa/pu⁹ sine scrupl'o recipe nō poterāt. quātos itē videmus ppē indiscretos spūalis exercitij labores sensib⁹ piclitatos eē ⁊ ad vltimū nesciſſe discernē inter bonū ⁊ malū qui ꝑmit⁹ inter die ⁊ die inter bonū ⁊ bonū ⁊ deinde oēm die judicabant. De eis q sic corpa sua divino subtrahūt fruitō vitio suo. ve in qꝫ eis cū tā misere fiāt nouissimi q videbant forte ꝓmi. Tolerabile tñ si fiāt nouissimi ⁊ nō extranei. si infirmitas quā sibi adduxe-

rũt pōti⁹ q̄ incurrerit/ poterit excusare eos a bonis q̄ agere debuerẽt ⁊ si voluissent potuerẽt. ¶ Tertia abusio ẽ indebita occupatio. Hec vicz ẽ cũ postposito ds penitẽtis ⁊ plãgẽris officiõ ãplicat se scientijs secularibus q̄ ad rẽ nõ ptinẽt. q̄ ad salutẽ cõferẽdã cõsernãdãve/ nõ valent. Alij⁹ addiscere studet silogismos ⁊ fallacias. alij⁹ aggerare numeros ⁊ mensuras. alij⁹ callet multice ꝓportiones. alij⁹ phice inuestigat expimẽta. alij⁹ plexa legum canonũ q̄ discutit argumenta Sic q̄sq̄z in eo circa q̄ afficit̃ libẽter occupat̃ ⁊ in occupatõne sua delectat̃ ⁊ nihilominꝰ credit se delectari in dño q̄n quidẽ ñ recedit ab ordine monastico. ¶ Talis ni fallor assimilat̃ samaritanꝰ de q̄bus scꝑtura refert q̄ vnaquęq̄z gens cũ coleret deum dijs q̄z suis fuiebãt. Unusq̄sq̄z etenim q̄ sibi delectabile ⁊ p̄ oĩbus diligẽdũz venerãdumq̄z elegit/ hoc q̄si deum sibij pi statuit. Uñ ẽ illud in ꝓpheta. Uniuersa idola domus isrl̃ depicta erãt in pariete. Paries in domo isrl̃/ est obstinatio mẽtis in religioso qui paries ꝓtinet idola nõ sculpta sed depicta. cũ religiosus nõ oĩnmode diligit iniq̄tatẽ licet afficiat̃ circa aliquã vanitatẽ. Colit igit̃ deũ simul ⁊ idola q̄ ⁊ bonis opib⁹ ĩ sistit. ⁊ nihilominꝰ sciẽtie alicui secl̃ari vane intẽdit. ¶ Quarta abusio siue ineptia/ ẽ incauta formido. Hec ex ꝓsideratõe negligẽtis vite ꝓcedit. ⁊ nisi tpantẽ discretõez adhibueris ad desꝑatõez pducit. Si ꝺ respectu multitudis diuine misẽdie/ negligentias tuas pẽsare supsederis. hoc est fallere te ipm. Si aũt ex intuitu districtõnis supne intempate timeas hoc ẽ cũ dolore descẽdẽ ad infernũ. Quid ergo ẽ? Mimiq̄ vt adhibito discretõis studio de duob⁹ ptarijs q̄ quoddã tpamẽtuz facias vt inter spem et metũ. inter securitatẽ decipiẽtẽ ⁊ diffidẽtiã eniscerãtẽ ambulãs. medio tutissimus eas. ¶ Hũc singula singulis adaptem⁹ Supra diximꝰ q̄z ptinu⁹ repor ꝓtrari⁹ est iusticie q̄ liquido ꝓstabit si diffinitõez inspexerimus Diffinit̃ itaq̄z sic. Justicia ẽ virtus reddẽs cuiq̄z q̄ suũ est. ⁊ repor ẽ virtũ nulli ex integro reddẽs q̄ suũ est. Debitores sumus fratres charissimi deo debitores ꝓxio. debitores ⁊ nobis. debem⁹ deo gl̃iaz ⁊ laudẽ ꝑmo cõgratulatõez ⁊ cõpassionem. nobisipis disciplinã ⁊ solicitudinez. Debem⁹ deo totũ q̄ ꝓssum⁹ q̄ ab ipo nobis fieri vellemus. debem⁹ nobipis q̄cq̄d vtutis q̄ quid bone fame. q̄cq̄d bone ꝓscie ẽ cognouerim⁹. Si aũt in laude dei sp tepẽtes ⁊ dissoluti. in amore ꝓximi torpẽtes ⁊ frigidi. ĩ dijudicatõne nr̃i negligentes fuerim⁹ ⁊ remissi. q̄d tã iusticie ꝓtrariũ? Uides plane q̄ sic faciẽdo nõ reddim⁹ cuiq̄z q̄ suũ est. Deniq̄z q̄d tã iusticie ꝛrium q̄ dicẽte dño. tollite. cũ nos ipm q̄ sustulim⁹ iugũ oĩnimode satagim⁹ deponẽ. ¶ Dixim⁹ ite q̄ nimi⁹ feruor extẽmiat fortitudinẽ. q̄ de ꝓportione duoꝝ ꝓ certãtiũ dinoscẽ facillimũ est Ponam⁹ añ oc̃los duos ĩ certamie ꝓgredi. vnũ q̄ validis ⁊ ꝓtinuis ictib⁹ aduersariuz lacessat. aliũ q̄ veniẽtes ict⁹ clipeo sagaciter excipiat ⁊ lacessentẽ hostẽ puida expectatõe deludat vnũ q̄ totũ sit ꝓferat spm̃ suũ. aliũ q̄ dispẽset ⁊ rebuet ĩ postez. Nõne isto q̄si legnit̃ agẽte sed vtiliter sibi pspiciẽte. Ille dũ ictus suos ñ modificat/ fortitudinẽ suã extermiat ⁊ triũphũ aduersario dat? Nõne istovsq̄z ad finẽ pdurãte fortit̃. ille succũbit turpit̃ ⁊ pdet iuste q̄ nimis feruide q̄rebat. q̄m finis ñ pugna coronat. Eya ergo frat̃ singl̃aris q̄ singl̃arit̃ ⁊ discrete facẽ. Eya ingẽ extermia faciẽ tuã vt videar̃ hoc b⁹ei iunas. Extermia oc̃los tuos vt videar̃ ploras. extmia fortitudinẽ tuã ĩ pũcto tpis vt paulop⁹ nihil pl⁹ facẽ possis. Hec ẽ tota scientia tua. hec sapia tua inspirata a rectore tenebrarꝝ ⁊ caliginis q̄ se trãsfigurat in ãgelum lucis. Audis q̄ dñs/ noiando iuguz socialẽ (vt supra dictũ ẽ) in pũctu te horta tur ducẽ vitã ⁊ tm̃ obstinato sectar̃ aio odiosam supstitõez tuã. Be⁹ habitare facit̃ vnus mor̃ ĩ domo vt fuãt ei humero vno. Tu aũt alter⁹ mor̃ q̄ hũero suis q̄ ab vnitate recedis. sz q̄z ista ꝓgressio? Sufficiãt hec ¶ Ite diximꝰ q̄ indebita occupatõ expellit prudẽtiã. q̄m ꝛria ẽ illi Nõ ei bñ puenit̃ in vna sede morãt̃ scia maiestat̃ ⁊ scia vanitat̃. nõ magt̃ q̄ duo aduersarij ĩ vna domo. q̄ ei societas luc̃ ad tenebras aut q̄s loc⁹/ tẽpli dei cũ idol'. aut q̄re filij iudeoꝝ ĩ hierl̃m loquũt̃ azotice. q̄ etiã ĩ azoto positi deberẽt loq̄ iudaice. Nec hoc dicim⁹ q̄ ista scire sit malũ. sz q̄ religioso ĩ his nimiũ occupari sit vitiosũ. deniq̄z ista ũ mõ discẽ sz oli

dicisse. ¶ Nūc cura alia nos solicitat. Occupem̄ in his secularēs ne ioceṁ. ne venēt ne fornicēt vbi aūt ista desūt illa qđ faciūt ¶ Cū debeas in lege dei meditari die ac nocte/q̄ mēte ruminas syllogismos ⁊ argumēta vanitatis tue. Dicēte dño meō. tu nescio qđ aliud iugū videris ducē cū secularib⁹ ꝓtez tuā fortasse cū hypocritis habiturus. ¶ Dirim⁹ etiā q̄ icauta formido aduersat̄ ꝓpātie. Illa despatōez rep̄mit q̄ ista suggerit. Illa cor leuificat qđ ista ꝓturbat. Si te pctōrē ꝓsideras ait Ore. optet vt a te dñm nō repellas. Repellis aūt si de bonitate ei⁹ ꝓpt̄ tuā malicīā despas. si de impfecto tuo itpate formidas. Si opa nīa sufficerēt nob diuine mīe qs loc⁹ eēt ⁊ ꝓpterea ḡ dat̄ gr̄a vt nō gl̄iet̄ ois caro coīā illo. cū se videt p̄ solā obtinē gr̄az qđ nō pōt p̄ vtutē suā Si vilitatē tuā ꝓsideras magt̄ insta. ꝓfide. spera. clama ⁊ depcare altissimū ⁊ dabit tibi petitōes cordis tui. ¶ Cū audis dicētē dñm/sit per vos. respira ad gr̄am. gratus esto gr̄e. ⁊ de viribus tuis noli p̄sumē. ¶ Ecce de iugo dñi q̄ potuim⁹ dixim⁹. multa quidē. sed nō oīa fortassis q̄ debuim⁹. Sz qr ad alia seq̄ntia ꝓperam⁹. ista ad p̄sens sufficē credim⁹. Vez qr btūs Bñdict⁹ iugū dñi/scolā diuinī fuitij nosat. qđ in hac scola agēdum. quid ve discēdū/ sit vigilāt̄ audiam⁹ ⁊ Decitur. Et discite a me qr mit̄ sū ⁊ hūil̄ corde Patet ꝓfecto qr mgr̄ nr̄ ipe est xp̄s q̄ nos a se discere monuit. fact⁹ ⁊ ipe nob exēplū bonor̄ oper̄. Vos vocatis me inq̄t mgr̄ ⁊ dñe ⁊ bñ dicitis. Sū etenī. In hoc inq̄t cognoscēt oēs/qr mei discipuli estis. si sic ego suz mites ⁊ hūiles corde fuerit̄. Mea actō ve stra ē lctō mea vīa ē disciplina. discite ergo a me qr mit̄ suz ⁊ hūilis corde. Pulē frēs dilectissimi exhortatō cū mgr̄ exhibz hoc i factis qđ docet vbis. ⁊ discipl'os p̄cedit vita q̄s vult p̄fectos eē rudit⁹ corde i ſpictia. ¶ Diligend⁹ plane ⁊ oīi sagacitate imitād⁹. p̄ptim cū nihil exhibeat. nil doceat aliud q̄ māsuetudinē ⁊ hūilitatē cordis Apparet ergo q̄ amabilis fuit dñs ibs vt pote mit̄ ⁊ hūilis corde. Sic eī ois ira cūd⁹ ⁊ arrogās/odiosus. ita e regiōe ois māsuetus ⁊ hūil' gratiosus. Mānsuetudo aūt hominib⁹ hūilitas deo amabilē solet reddere hoiez. Amabil' ergo erat dñs ibs ⁊ multū amabil' tā amabil' in māsuetudinē ⁊ hūilitate sua. q̄ magn⁹ ⁊ laudabil' in maiestate diuina. Dicit itaq̄ se mitē ⁊ humilē corde. ¶ Nā q̄ mit̄ ⁊ hūilis eēt dictis ⁊ factis nō op⁹ habebat hoc ꝓmēdare discipulis suis. Ipi enī videt ⁊ audiet ⁊ pspexet. oculis suis ⁊ manib⁹ tractauet videt ⁊ ānūciare nob. Que aūt videre ⁊ audire nō potuerāt nc̄e habuit vel potiꝰ ipi nc̄e habuerūt vt ipe ānūciaret eis. qr argumētū cordis vba sūt. ¶ Cū igit̄ vt habeat tres dīas. duas fecit exēplo. tertiā vbo. Mitē se ⁊ hūilē demōstrauit i dictis q̄n borrēdis blasphemijs lacessit⁹ ⁊ quinq̄es hīe demoniū dict⁹ ad doctrinā sp q̄ ad ꝓtumeliā se poni⁹ erexit. Mitē ⁊ hūilē se demōstrauit in factis. q̄n sicut ouis ad occisionē ducta ⁊ q̄si agn⁹ coram tondēte se obmutuit. se ligādū flagellandū exposuit. q̄ solo nutu potuit necuiſse malignos. Cū igit̄ null⁹ sciret qđ esset in ei⁹ interiori hoie nisi spūs ei⁹ q̄ in ipo erat. bonū qđ in corde habuit. vbo discipul' ꝓposuit ⁊ hoc eos discere atq̄ imitari p̄cepit Est aūt ⁊ aliud h ꝓsiderādū. Virt⁹ quidē alia ꝓsistit in actu. alia in effectu. Virtus i actu vtus ē. vtus in effectu vtus vtutis est ¶ Virt⁹ q̄ta libz ꝓferat̄ i actu aut pua est aut nulla/nisi etiā de cordis emittat affectu. Si enī bonū facis sine cordis affectu. beſtialit̄ facis ⁊ vtus pua ē. Si bonuz ꝓtra cordis affectū fraudulēter facis. ⁊ vt⁹ nulla ē. magis vitiū reputat̄. Vnde cps. ait. Eructauit cor meū vbū bonū. Cui bū sane bonū nō eēt/ nisi ex bono cordis affectu pdiret. Vnde ē etiā illud qđ ad ꝓmēdationez spōse in cāticis cāti. dr. Emissiones tue paradisus malogranatorū. Malapunica fortis rubicūda sūt intrinsec⁹ granis repleta Bone igit̄ actōnes dr̄ bono corde emisse ⁊ egresse. recte padiso malogranatorū ꝓpāt. qr ⁊ hoīb⁹ fortis nutrīāt ꝓ pietat̄ exhibitōez ⁊ deo sese intus copulant/p charitatis affectionē. Ut ergo se dñs nobis pberet exēplū nō solū boni opis sed etiā mūde affectionis. discite inquit a me qr mitis sum ⁊ humilis corde. quia nimirū nullius momenti apud deū est exhibitō bone actōnis quā nō ꝓmēdat emissio pie affectōis. ¶ Sane notandū q̄ duas insinuauit vtutes. mansuetudinē ⁊ humilitatē. q̄ in his sūma cō-

sistit pfectōis. Sūt etēm duo/quib⁹ sp impugnātib⁹ ab statu pfectōis euertimur. p spera vicz z aduersa. Verba igit̄ dñica sic debem⁹ attendere q̄ duo doccamur opponere. māsuetudinē aduersis. pperis hūilitatē. Si q̄ nobis cū pperis ad votū successibus pollent z bonis tpalibus z animi trāquillitatib⁹ gaudēt tūc se in gr̄a z actionibus exerūt atcz dei circa se beniuolētiam debita cū reuerētia suscipiūt. cum aūt inuisis incōmodis tangunt̄/mox in murmuratōez atcz in impatiētiā seu in meditationes vltōis psiliūt. Si nimiz humiles in pperis sed nō sunt māsueti z mites in aduersis. ¶ At qui contra cōstantiā in tribulationibus tenēt/sz pperitatis tpe de successu intus supbiūt hi vtutū alterā fuātes alterā negligunt. Debemus aūt z māsuetudinē humilitati z humilitatē māsuetudini iūgere. z hinc aduersa sufferendo illinc pspera nō curādo/ elicere. ne cū ex vna pte decori apparuerim⁹. ex altera deturpati displiceamus. ¶ Sz inter hec ad memoriam veniūt octo illa pncipalia vitia. quorū pscientiā sentire oīm ē/ naturā discernere paucoz. cōtra q̄ vt nobis videt̄ ex vbis pmissis nō mediocriter cōmunimur. Octo q̄ppe pncipalia vitia eē sancti diffinierunt sumētes autoritatē ex testamēto vl̄ testimonio legis. i q̄ numerāt̄ septē gētes q̄z olim pp̄l⁹ dei tras possedit. Scriptū nāq̄ ē. Et introducā vos ad loca cananei z ethei amorrei z pherei euei z iebusei z gergesei. Quibus septē duz egyptioz gens addit̄/ p cui dubio octo gētes describunt̄. p q̄s vt dictū est. octo pncipalia vitia designant̄ sicut ex eaz interptatōib⁹ euidēti intelligi pōt. ¶ Egyptius etēm interptatur tenebre z designat gulam. q̄z gulositas obtenebrat z obscurat intellectū. Juxta illud puerbiū qđ de greco trāstulit Hiero. in latinū. Pinguis vēter nō gignit sensum tenuē. ¶ Chananeus exponit luxuriā qđ z cōgrua interptatione demōstrat. Interptat̄ etēm motus eoz quorum nisi genitalū. Cetera nempe corporis nostri mēbra. ad nutū volūtatis nr̄e mouēt̄ z stāt illa vo mēbra in motu suo. necvo luntati nr̄e obediūt. nec subiacēt ptāti nec rōez sequūt̄. Be cui⁹ motu repssiōe in laudē sanctus ml̄ier⁹ dr. Et cingulū tradidit cananeo. Cingulū q̄ppe tradē chananeo/ ē motus luxurie cōtinentie legibus restringere Hinc dr iohe dr/ zona pellicea circa lūbos eius zonā nimiz circa lūbos ponit. q̄ lasciuientis carnis impetū strīgit. ¶ Ethe⁹ vanaz gliam significat. q̄ ex eo q̄ in opib⁹ suis sp displicē formidat z nō solū alij stupori esse solet sz ipa q̄z de se ipa āmirat̄ z stupet recte formidās vl̄ stupēs interptat̄. ¶ Amorreus qđ sonat amaricās siue amaritudo significat supbiā. cui⁹q; pp̄riū est tāre sp obstinatōis eē/ vt nulli⁹ sensui vl̄ volūtati cedere. nulli⁹ digneē verecundie pcere. amaritudinis sp z indignatōis ipa sibi cā efficit. ¶ Pherese⁹ dr fructificatio p qđ designat auaricia q̄ fructū facit vtiq; carnis nō spūs studiosi⁹ insistēs opibus cū mōo pituris/ q̄ op⁹ deo placituris. vt. s. impleāt̄ horrea saturitate. z vino torcularia redūdent. nō vt corda mūdent̄ z vtutuz receptacula fiāt. Vel dr fructificatio q̄si fruct⁹ fuscatio. q̄ fructum boni opis obfuscet z inquinet. ¶ Eue⁹ interptatū sonat ferruz siue pessimū vt vere ferreū vitiū denotat̄ inuidia. q̄ duriciā cordis inducit. z sūme malicie nutrix est. Jebuseus cōculcatōez sonat z accidiam animi signat q̄ devictū a se tanq̄ plastes cōculcās humū/animū elidit z cōculcat vt sternat eū demonū pedibus cōculcādū tanq̄ lutū plateaz. Gergese⁹ innit irā eo q̄ colonū ejciēs interptat̄. q̄ hoc z p cetera vitiū pp̄riuz/ q̄ ipa colonū pscie sue a possessione cordis ejcit. atcz duras tūc cogitationum obices ponit. z sic impedit electum ne possit cernere verū qđ in intimis manet abscōditū. ¶ Hoz aūt octo vitioz duo sunt carnalia. reliq̄ sex spūalia Illa carnalia q̄ i corpis mēbris eoz opatio pstitit. Ista vocāt̄ spūalia siue corpalia q̄ in corde actitāt̄. Ut ergo dñs nos ad exterminatōnez vitioz suis vbis instrueret/ duas tm̄ vtutes pposuit māsuetudinez et hūilitatē. Que vo vitia his vtutib⁹ p terāt̄ur/ innuisse videt̄ cū apposuit/ corde Per hoc enī significare voluit duas has vtutes sex spūalib⁹ seu cordialib⁹ vitijs opponi debere ¶ Sz illa duo carnalia nunq̄t intacta relinq̄t⁹ Adinime. Hā ad eoz extinctōem pinet qđ pmisit. Tollite iugū meū super vos. neq; eī tā ispicies q̄s iugū xpi suscipit/

qui in ipo suscepcōnis initio se sciat gule z ventri deinceps nō futuruz. Nempe hec sunt dura illa z aspa p que itur ad deū que beatus Bñdictus iugū suscepturis/diligēcius iubet pdicari. Durū est siquidē caboruz oblectamēta assueta relinquere. Aspe-rum quoq; est libidinis blandimēta illicita/nō licere. ¶ Sub q̄ gemino malo/ omnes eramus cū gentes essemus.i. cū gentiliter viueremus. At postq̄ gentilitatē exuimus. postq̄ abiectis tenebris lux in dño eē cepimus. postq̄ duobus carnalibus vitijs seruire iam nec volumus diuinitus inspirati. nec valemus ipa ordinis obseruantia impediti debemus māsuetudinē z humilitatem cordis: vigilanter tenere quo sex illis vitijs spiritualibus valemus resistere. ¶ Debet ergo hax vtutū vtraq; triformis esse. qr tribus vtraq; vitijs opponenda est ¶ Opponit aūt humilitas. supbie, vane gle z auaricie. Mansuetudo. inuidie. accidie ire. ¶ Sit q̄z humilitas. depssa in se reflexa ad se recluſa intra se. Depssa sit in se. ne de se alta sapiat reflexa sit ad se ne humanuz fauorē querat. recluſa. sit intra se ne res picturas vagabūda ambiat. ¶ Sit q̄z māsuetudo charitatiua. sit iocūda sit tranquilla ¶ Charitatiua sit vt p aliena felicitate non teneat liuorem. Jocūda sit vt de ꝓpria aduersitate nō habeat dolorē. Trāquilla sit vt in nullo casu exerceat rancorē siue furorem. ¶ Sic sub iugo dñico positus frater z in p̄lio dñi cōstitutus vtute māsuetudis z humilitatis circūfultus vndiq; vnuersa pualebit tela nequissimi ignita extinguere munitus ab intus ꝓtra supbiā. de foris cōtra vanā gliaz. sursum ꝓtra gulā. deorsum ꝓtra luxuriā. a dextris ꝓtra auariciā. a sinistris ꝓtra accidiā. ab anteriori pte ꝓtra irā. a posteriori ꝓtra inuidiā. ¶ Tali in nauigio subiectus p hoc mare magnū z spacosum octo illa nouissima maris picula pauidus nauta z strēnus euitabit. Hico autē carybdim gule z sirenas luxurie, scillā superbie z sirtes vane gle. piratas auaricie z belnas inuidie vētos accidie pcellas ire ¶ Jā vo sublato iugo saluatoris z app̄hēsa disciplina māsuetudis z hūilitatis. qd mercedis vitas p̄mittat celestib⁹ discipulis audiamus. ¶ Sequit z inuenietis requiem

Lxiabus vr̄is. Gemina est aiax reqes. Una in p̄senti. alia in futuro. Jsta habet meritū illa p̄miū. Per primā habet scōa. i. p meritum p̄miū. sicut scriptū est. Erit sabbatuz ex sabbato. hoc est p reqe pectoris/habit reques eternitatis. Et ista quidē que in presenti ē/requies aiox dici posset. illa vero q̄ in futuro erit requies aiax. Tamē z vtraq; simul z de vtralibz singillatim/ possunt accipi verba dñica. ¶ Prima igit̄ requies multis in sacra pagina noibus appellatur Dicit̄ em̄ bona sciētia. bona volūtas. pax pectoris. trāquillitas cordis. puritas mentis. refrigeriū aie. consolatio spūs. ¶ Be q̄ quia sub noie refectōnis supra satis ad modum disputauimus/ea nūc tacita: de secūda aliquid dicendum videt̄. Sed qr ipa finem p̄ntis vite sequit̄ qđ de ea dicere intēdimus/in fine p̄sentis ymonis differam⁹. ¶ Sequit̄. Jugū em̄ meū suaue est z onꝰ meū leue. Supra tm̄ de iugo dictuz est de onere vero nulla fuit mētio. Jugū quidez dñi fuit utis eius est assumptio. onus vo eius quid aliud esse pōt/ q̄ hoc qđ discere sub iugo p̄cipimur. s. vt simus mites z humiles corde. Est ergo iugū monastic⁹ ordo. onus aūt pietas mētis z corpalis exercitatio. Dicat ergo dñs. Jugū em̄ meum suaue ē z onus meū leue. ¶ Sed qđ dicis bone mgr̄? Nūqđ ignoras scriptū ee. multe tribulatōes iustox. Non meminisli dictum a te. Ecce ego mitto vos sicut oues i medio lupox. Et iterū. In mūdo p̄ssuraz habebitis. Nō audisti dicendū. Per mltas tribulatōes oportet vos intrare in regnū celox? Et illud. Omnes qui volūt pie viuere in xp̄o psecutōez patient̄. Quomodo ergo iugum tuū suaue est z onus tuū leue Damna z p̄scriptiones perpeti. iniurias z cōtumelias nō vlcisci. duros in corpe ictꝰ sustinere. animā ponere. nunquid hoc suaue est z leue? Est vtiq;. Sz veris xp̄i cōfessoribus z virginib⁹. ¶ Quomodo inquis? Dic primū videte fratres mei quia dñs discipulis loquebat. Si locutus fuisset turbe. illa ꝓbuz respuisset. qr

ꝯim verbi nō intellexisset. Et discipuli audierunt ⁊ receperūt. quia quod dicebatur/ verum eē cognouerūt. Audiamus ergo et nos quod dicit̄ ⁊ quō verū sit qō dicit̄ intelligamus. Nec em̄ questio duobus modis soluit̄. ¶ Primo quidē qz anime vere deum diligenti/ ⁊ iusticiā eius fideliter esurienti/ etiam amara dulcia vident̄ ⁊ aspera suauia. Nonimus hoc p̄ scientiā. sed vtinā sciamus ⁊ p̄ experientiaz. Accede ergo homo ⁊ experire q̄ suauis est dñs. ⁊ q̄ leue sit onus eius. Nemo em̄ scit/ qui necdum gustauit. Si ita nō sentis/ ipe tibi testis es q̄ nōdum gustasti. Ad hoc infinita religiosoum multitudo verum eē testatur. Alio modo soluitur hec questio si dicamus q̄ iugi dñici susceptio ⁊ oneris eius portatio grauis quidem videat̄ ⁊ aspera sed in p̄patione secularium molestiaꝝ valde suauis ⁊ leuis sit. Respice (vt exēplis vtamur) fures ⁊ latrones. p̄dones ⁊ adulteros. q̄tos labores. q̄tas vigilias. quantas curas expendant vt excogitatas nequitias ad effectum p̄ducant. Respicite ⁊ eos qui ⁊ honestoria quodāmodo vident̄ exercere negocia. diuersos dico mercatores mari terraq̄ mercimonia sua circūferentes. quāta incōmoda sustineāt. subeant pericula. vt ad modica stipendia periturasq̄ diuitias q̄q̄ pertingant. Respicite deinde ⁊ vos militib⁹. milites p̄ncipibus etiā ad illicita quecq̄ fuiētes ⁊ in eūdo. incurrēdo. instando. die noctuq̄ laborātes. Respicite e diuerso dei ministros in cenobijs sedentes. modicū quidem laborātes ⁊ plurimū pulsanaes. insuper ⁊ p̄ requietione sua quasi p̄ labore maximo requiem eternā expectantes. Nonne illi multo difficilioꝛe via descendūt ad inferna. q̄ isti ascendant ad regna supna. Jugum ergo dñi suaue est ⁊ onus eius leue.

¶ Poterat ergo dñs hic dixisse. Jugum meū cōmodū est/ ⁊ onus meū salubre. Et hoc si dixisset/ verum vtiq̄ dixisset. Multi em̄ in seculo/ seculi voluptatib⁹ dediti/ duz illecebrosis cōdimētis vtunt̄. dum lautioribus epulis indulgent. dum vino se intemperanter ingurgitant/ aut mortē sibi celerius attrahūt. aut molestissimas egritudines incurrūt. ⁊ dū iugū dñi q̄si aspex phoꝛ rescūt. ipi p̄ iugū seculi sub q̄ deliciant̄ sibi p̄quirūt vñ a iugo dñi sp̄ elōgēt. Ac p̄t̄a claustrales dū curis se non implicāt. dum tranquillitatez corpis ⁊ animi p̄uāt. dum carnis terūt supbiam. potus cibiq̄ p̄citate. dum modicuz quid laborāt p̄ eterna requie ⁊ infirmitates multas p̄ter intentionem deuitant. ⁊ vitā etiam nolētes p̄relāt. ¶ Poterat item dixisse saluatoꝛ. Jugū em̄ meuz honorificū est ⁊ onus meū venerabile. Sepe etem̄ videmus plus honoris ⁊ veneratiōis apud potētes seculi hr̄e pauperes monachos q̄ diuites supbos. ¶ Omnia tm̄ hec p̄ phēdisse deus intelligit̄ cum dixit Jugū em̄ meū suaue ē ⁊c. ¶ Est vnū tm̄ in quo valde duꝛ iugū eius videt̄. ⁊ onꝰ eius oneroſuz. molestia vicz ipugnāciū vitioꝝ. Enimuero puritatis ⁊ castitatis amatoꝛi nihil ouriꝰ. nihil graniꝰ occurrit turpiū inuestatōe cogitationū. Sz nō ē tibi i hmōi desperādū. in talibꝰ em̄ tēptat te deꝰ si vē diligas eū vt filiꝰ. si nō deseras eū in tpe malo ⁊ nota fiāt que sunt in corde tuo. Noli tm̄ gbire in p̄silio impioꝝ. noli p̄sentire suggestionibꝰ demonuz. resiste ⁊ certa viriliter. ipse tribuit victoriā certāti q̄ coꝛā retribuet vincenti. sup hmōi tm̄ p̄turbari infirmoꝝ est q̄ nō p̄sideraꝝ q̄ta vtilitas tpatōe generetur seu q̄ta p̄solatio tēptatōez subseq̄t. ¶ Et aūt a q̄busdā p̄sideratū est. sex nob vtilitates generat temptatio. Primum vt reminiscamur multimode nr̄e fragilitatis. secūda vt agnoscamꝰ q̄ necessariū nobis sit diuinuz auxiliū. tertia vt appareat si vere deū diligamus p̄pter quē talia supare cōtendimꝰ quarta vt occasione huius temptatōis etiam alia vitia corrigamus de quibus ante nō multum curabamus. quinta. vt mō sit nobis p̄ pena ⁊ quasi p̄ satisfactōne. quod olim fuit in turpi delectatōe. sexta ne de donis gr̄e que accepimus/ supbiamus. quod forsitan acciderꝛ si sp̄ sine tēptatōe viueremus. ¶ Plane temptatōez aut maioꝛ aut saltem equalis consolatio sequi solet. Nō aliq̄n equalis cōsolatio sequat̄. indicat p̄s qui ait. Scom multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo cōsolatōnes tue letificauerūt aiam meā. Nō a liq̄ maioꝛ cōsolatio temptatōz sequat̄/ testimoniū habem⁹ exceptura dicēte. ⁊ reddidit dñs omnia q̄ fuerunt Job duplicia. Qui ei pcusso cūcta q̄ abstu

